



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento  
Selectæ**

**Pexenfelder, Michael**

**[S.l.], 1711**

LXXVIII. Tragica regum Israëlitic. series.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

ac superbiæ ; quòd impositus lecto ex aromatibus  
 structo, unguentisque meretricijs, [ ut pagina  
 loquitur ] pigmentariorum arte confectis, elatus  
 combustus sit, *ambitione nimia* ; forsan ab ipsomet  
 mandatâ. Alij malunt, busti magnificentiam, *de*  
*saphati* ejus filij, munificæ in parentem pietati adscri-  
 bere ; in eo quoque honori paterni funeris, con-  
 lentis, ut fluentis è putredine pedum, fætorem tra-  
 bis, aromatum depelleret odore. Nos re in medi-  
 relicta ; quidquid demum cum *Asæ* anima agatur  
 tot inter lubricitatis humanæ exempla, fortius  
 gamus pedem, & meminerimus, à DEO non con-  
 nari initia, sed finem.

NARRATIO LXXVIII.  
 TRAGICA REGUM  
 ISRAELITICORUM  
 SERIES.

3. Reg. 16. 22. 4. Reg. 1. 9. 10. II. 13.  
 14 17.

Ab Anno Mundi 3081. Ante Christum 972. ad an-  
 num Mundi 3314. Ante Chr. 739.

**A**B Idolomania per Jeroboamum in Israël  
 cum regnum invecta, tanquam ex fonte  
 plurium annorum fluxerunt lacrymæ: un-  
 us contagio, suppliciumque sceleris duo sæcula cum  
 dimidio corripuit, afflixit. Et primus quidem  
 Nadabus filius Jeroboami, decretorias Numinis



Patrem minas, in caput suum, altero statim regni  
 sui, in quo successit, anno excepit: in eum quippe  
 ambitio *Baasam* quendam, tribu *Issacharis* oriun-  
 dum, impulit, ut illô per insidias interfectô, ad  
 tyrannidem sibi aditum teterrimo facinore aperi-  
 ret: primusque in gente Hebræa Regum à Sub-  
 litis occidendorum parricidale vexillum erigeret.  
 Sevitem etiam in cadaver *Nadabi*, & juxta *Vatis*  
*Abie*, *Silonitis*, prænuntiationem, præda volucris  
 ac bestijs, abjectum. Nec in uno capite quievit  
 crudelitas; in universam familiam regiam furore  
 debacchante. Meruit quidem invisâ stirps excin-  
 di: non ideò tamen barbara hominis immanitas à  
 scelere vindicatur, quem ad sanguinarium facinus  
 non explendi religio præfagij; sed firmandæ tyran-  
 nidis, & exfaturandæ crudelitatis libido incitavit.  
 Et mirum! ausus est *Baasa* impiis *Jeroboami* (quem  
 funditus in sua posteritate extirpârat) vestigijs ne-  
 farius idolorum cultor insistere; ejusque imitari  
 crimina, cujus exhorrescere debebat pœnas. Adest  
 igitur, more jam solenni, missus à DEO *Vates*, *Iehu*  
 nomine, ut sceleratissimo tyranno interminetur sup-  
 plicia, posterorum excidio pendenda. Sed homo  
 ferox, vaticinij minas elusurum se ratus, si Prophe-  
 tam interficeret, non dubitavit sacriati viri sanguine  
 crudeles manus imbuere. Remorante tamen ul-  
 tionem Numinis dextrâ, *Baasa* ipsos quatuor & vi-  
 ginti annos ex alio in aliud scelus circumegit, donec  
 infelice spiritu in orcum ejecto, filium post se reli-  
 quit *Elam*, patris per omnia æmulum, & diris Pro-  
 pheticis devotum. In hunc insurrexit *Zambri*, me-  
 diae



diæ partis equitum ductor ; qui conjuratione facta ad A  
regem *Thersæ*, in urbe regia, inter epulas temulen- tam in  
tum, eò demisit, quò genitor præcessit, cum vix se- regi a  
cundum regnandi annum inchoasset. Quò facin- In r  
re perfectò, ne esset, qui occisum posset ulcisci, Mundi  
cùmque de regno contendere, eadem truculentia qui cù  
in omnes regis consanguineos desævijt ; proprio- ne cum  
scelere alienum ultus crimen, prædictioni fidem, tuijs  
gradum ad interitum fecit. Nam exercitus Isra- ritera  
liticus, qui tum *Gebethonem*, urbem Philisthinorum dedit  
obsidebat, intellecta Zambris rebellione, nefaria quibu  
regis cæde, diadema imposuit militiæ Principi, qu- minus  
*Ambri* appellatio ; hic omisò obsidiò, celeritate uti- bulare  
copias *Thersæ*, in qua se Zambris pro rege gerebat- stram  
admovet ; ille metu & desperatione adactus, ut tim- ut ali  
da est pravorù conscientia, sese, regia cum domo sus- tiscen  
cendit : Simul diris corpus supplicij, simul regis- ricultu  
opes inimico erepturus. Tyrannicù ejus imperi- Beelze  
non ultra septiduum se extendit. pro fa  
facit.

Interemptò tyranno ; cùm nemo de stirpe reg- facit  
Jeroboami superesset, populus in contraria scilicet pio si  
est studia, *Ambri* non leve jus ad regnum contuler- decin  
prærogativa militaris ; optimates autem faveban- tà tr  
num  
tium  
in m  
tum  
vinc  
315  
sup  
dæ  
nur  
Se

*Thebni*, viro inter suos claro. Triennium inter ea-  
disceptationes effluxit, cùm *Thebni* præliò inferio-  
vitæ finem & discordiæ fecit. *Ambri* æmulò suble-  
tò, curis ad pacis studia conversis, novam sibi re-  
giam [ *Thersam* quippe cædes & rapinæ vastarant  
in extremis Ephraimiticæ Tribùs finibus ædificavit  
quam *Samariam* appellavit, de nomine *Someris*, à quo  
montem emerat, cui urbem imposuit, regni deni-  
ceps primariam, opibus & munimentis futuram



Sed Ambris quoque detestabilem reddidit memo-  
 nam impietas, quâ ante alios eminens, duodecimo  
 regni anno ad inferos & ipse abijt.  
 In regno & flagitijs successit, *Achabus* filius, anno  
 Mundi 3117. ante Chr. 936. homo exasse nequam;  
 qui cum scelera sceleribus, instigante *Iezabele* uxo-  
 re cumulasset, spretis Eliæ monitis, & *Micheæ* vati-  
 cinijs, tandem à *Benadabo* Syriæ Rege, quem antè  
 vicerat, profligatus & cæsus, patientiæ DEI pœnas  
 dedit, post regni annum vicesimum secundum. de  
 quibus infra plura. Reliquit post se progeniem non  
 minus vitiosam, *Ochoziam*; qui cum fortè deam-  
 bularet in supremo tecti Solario, prolapsus per fene-  
 stram, quâ lumen in cœnaculum immittebatur; vel,  
 ut alij volunt, per reticulatam Solarij loricam, fa-  
 tiscensibus & ruptis cancellis, extremum vitæ pe-  
 riculum adiit. Conquassati corporis remedium à  
*Beelzebube Accaronitarum* idolo dum petit, interitum  
 pro salute accipit, filioque *Ioramo* succedendi locum  
 facit, homini, patrem cum alijs, tum maximè im-  
 pio simulacrorum cultu, referenti. Quem duo-  
 decimo regni anno, *Iebu*, Magister equitum, sagit-  
 tâ trajicit, simulque deletâ, Achabi familiâ, reg-  
 num Israël invadit, & *Iezabelem*, criminum om-  
 nium fœminam, debita dudum morte mulctat: nec  
 in mortua parsum pœnæ, nam à canibus discerp-  
 tum cadaver, & septuaginta Achabi filij, in divinæ  
 vindictæ appendicem, ferro necati sunt. An. M.  
 3157. ante Ch. 896. *Athalia*, sola ex Achabi prole  
 superstes, nupta *Ioramo*, Iosaphati filio, Regi Ju-  
 dæ, post mortem *Ochoziæ*, filij, [ ad quem pater-  
 num regnum devenerat ] sibi asserit sceptrum, & in  
 suum



suum ipsa genus ac sanguinem, nova furia de-  
 chata, prolem omnem regiam, quantum in ipsa fun-  
 peremerat regnumque vi occupatum, vi & car-  
 bus administrabat. Tertio tyrannidis anno, ad-  
 tente *Ioiada* Pontifice, ferro occiditur, *Ioá* octavo  
 in regnum assumptó, quem infantulum, Avie cru-  
 delitati subtractum *Ioiadas* clanculum educabat.  
 Sic Achabi stirps evulsa radicitus, nullo termitere  
 pullulavit. Neque *Iehu*, per quem DEUS sacrile-  
 gam Achabi domum evertit, impunè tulit veni-  
 rationem vitulis *Ieroboamicis* impensam; nam po-  
 clades à Syris acceptas, cum inglorius reliquum  
 ta, regni que exegisset; anno vigesimo septimo  
 ex quo dominatum gentis Israëliticæ arripuit, im-  
 piè defunctus, sceptrum transmisit *Ioachazo* filio; in  
 hoc, multis calamitatibus, ipsis annis septemdecim  
 attritó, devoluta potestas regni in hæredem *Ioa-*  
 qui regni anno decimo sexto demortuus in cultu  
 idolorum, postquam eó DEUS est usus, tanquam  
 virgá ad Syros & Judæos cædendos, in filium *Io-*  
 dema transtulit, *Ieroboamum* secundum; virum stre-  
 num & bellicosum, sed idolis deditum; unde pe-  
 rem fortitus est exitum, animo tamen funestiorē  
 quàm corpori.

Post duodennium interregni, *Zacharias*, *Iero-*  
*boami* II. filius, in solium evectus, quartus ab *Io-*  
*vo Iehu*, regnavit, in exterminatæ familiæ Achab-  
 bânæ mercedem; quæ cum iuxta oraculum divi-  
 num, intra quartam generationem staret, *Zach-*  
*as* post trimestre imperium, conspiratione facta, a  
*Sello*, Primatūm uno, interficitur, ultimus stirpis  
*Iehu* surculus. *Sellum* verò unó post annó fuit.



*Manabemus*, exercitūs regij præfectus, paris per-  
 fidiae & crudelitatis. Cujus imperium cum urbis  
*Thapsa* incolae detrectarent, admotis copijs eam ca-  
 vit, & promiscua in omnes caede sævit, ferro quo-  
 que rimatus prægnantium viscera, ne quis locus  
 carnificinae subduceretur. Et quia tyrannidis per-  
 petuus est comes, metus; tantò jam timidior, quan-  
 tò prius immanior, magnis in auxilium impensis  
*Phulem*, Ægyptiorum Regem vocat, postque de-  
 cennium in regno, odioque publico exactum, sicca  
 morte [ quod rarum in tyrannis ] descendit in Tar-  
 tarù; succedente filio *Phaceiâ*, quem biennialé sceptri  
 possessoré de sede & vita deijcit *Phacee*, Romeliæ fili-  
 us, chiliarcha, cū quinquaginta conjurationis socijs.  
 Hunc quoq; , vigesimò post añò [ postquã à *Teglatpha-  
 sare*, filio *Phulis* Assyriorù Rege, ob denegatù tribu-  
 tum, magna regni, populique in Assyriã transportatì  
 parte multatus est; quinq; enim tribus in captivita-  
 tem abductæ ] consecuta Nemesis, per *Oseam*, *Ela* fili-  
 um, ferro interemit, & parricidæ talioné per parricidã  
 rependit. Non minùs *Oseam* vindex justitia in pœnas  
 rapuit; nam añus imperij decim<sup>9</sup> & nonus tam Regi,  
 quàm toti regno Israëlitico fatalis fuit, multò an-  
 tè, ab *Isaia* prænuntiatus; eo enim tempore, *Sal-  
 manasar* Theglathalasaris filius, quòd Israëlitæ tri-  
 butariae servitutis jugum excutere molirentur, ex  
 Assyria in Palæstinam irrupit, captaque, post ter-  
 tium obsidionis annum, *Samarriã*, regni capite, po-  
 pulum unã cum Rege compedibus vincto [ in qui-  
 bus decessit ] in Persidem & Mediam abduxit, [ in  
 cæteris captivis etiam *Tobias* fuit ] regnùmque Is-  
 raëlitarum funditus evertit, postquam illud Iero-  
 boami

boami



boami operâ, Roboami stultitiâ, à regno Iudæ dis-  
 tractum, per annos ducentos, quinquaginta quin-  
 que, perpetuò suis cum regibus, idolis servijisset,  
 & severas, multiplicésque Prophetarum minas,  
 obstinata mentis inductione rejecisset; lento qui-  
 dem, sed tremendo cœlestis Vindictæ processu,

NARRATIO LXXIX.  
 IOSAPHATUS IUDÆ  
 REX, PIETATIS  
 CULTOR,

3. Reg. 22. 2. Paral. 17. 18. 19. 20.  
 Ab AnnoMundi 3121. Ante Christ. 932. ad annum  
 Mundi 3145. ante Christ. 908.

**R**eligiosus Principis Zelus & pietas felicitatum  
 omnium est cornu copiarum, hinc opes, gloria,  
 potentia, veneratio à Barbaris etiam gentibus.  
 Asæ regnum ac felicitatem *Iosaphatus* excepit  
 filius, abnepos Salomonis. Hic inter paucos  
 batus ac dilectus Numini, conceptam à teneris  
 tatem non regni modò principiò præ se tulit,  
 eam toto vitæ decursu mirificè amplificavit.  
 princeps ingentis animi, & curæ sagacissimæ,  
 vidit omnia, quæ imperium antecessorum attrive-  
 rant, eaque magna vi, aut vicit, aut amovit.  
 tractavit animo ambitiosas Salomonis divitias,  
 prædam congestas barbarorum; quòd in cogendis  
 avidior fuisset, quàm in servando prudentior.  
 que non est imitatus avium, speciosissimas,